



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

101. Cauendu[m] docet à scandalo paruulorum, & fratrem in nos peccante[m] arguendum esse, sed resipiscenti tamen ei ignoscendum. Vim item & efficaciam fidei demonstrat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 101. Cauendum dicit à scandalo paruulorum & fratrem in nos peccantem arguendum esse, sed respicienti tamen ei ignoscendum. Vm item & efficaciam fidei demonstrat. Luc 17. * 100.

S. Matthaus

S. Marcus.

S. Lucas

S. Iohannes

ET ait ad discipulos tuos, Impossibile est vt non veniant scandala: vae auté illi per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collú eius et proiciatur in mare, quàm vt scādali- zet vnum de pusillis istis. Attendite vo- bis, Si peccauerit in te trater tuus, incre- pa illum: et si pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, et septies in die cõuersus fuerit ad te, dicés Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerút Apo- stoli Domino. Adauge nobis fidem. Di- xit autem Dominus, Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic ar- bori moro, Eradicare et trãsplãtare in mare: et obediret vobis. Quis autem ve- strúm habens seruum arantem aut pa- scentem, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, recúbe: et nõ dicit ei, Para- quod cœnem, et præcinge te & ministra mihi donec mãducem et bibam, et post hæc tu mãducabis et bibes? Nũquid gra- tiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei im- perauerat? Non puto. Sic et vos cum fe- ceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debui- mus facere, fecimus. * 77.

* 77. Interrogatus autem à Phariseis quando venit regnum Dei: respondit eis, et dixit, Non venit regnum Dei cū obseruatione: neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. * 126.

Cap.